2412

fugiendo, nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ac praemissa omnia mediante.

Baczynski Paclawskiego et alios Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Strehonius Baczynski de Siłowicze sanus mente et corpore existens, à terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Nobilis Eud[...] Baczynska Consortis suae legitimae proqua ius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine Nobiles

0750 Wasko Paclawski, Helisabetham Baczynska, Danilo Paclawski et Mariam Bereznicka, Andream Baczynski, et Halam Kulczycka Paulum Baczynski Kostlowicz et Stasiam Kulczycka Coniuges, item Venceslaum Baczynski et Mariam Baczynska itidem Coniuges necnon Fedorium Baczynski et Fedorium Baraniecki et ipsorum successores, de protestatione certa, ratione per ipsos tempore in eadem Protestatione specificato non contentos omnibus Iniurijs et damnis suis Delatoris criminationis et damnificationis in Viam difficultationis, in damna sui Recognoscentis Consortisque suae per subordinationem alianum personarum inductionis contra ipsos coram Actis Officij praesentis data fusius praemissa enarrante, ob plenariam et sufficientem praestitam satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberatque et absolvit perpetuo renunciat

nunciat, Protestationem eandem in toto et per omnia Cassat 2419
mortificat et annihilat, sibi Recognoscenti suisq posteris ra-
tione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Rudzinska Filio suo Debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren 1156
Capitan Premysliensibus Nobilis Olechna Pniczka Nobilis olim
Joannis Rudzinski Consors legitima derelicta Vidua sana mente
et corpore existens, à Terris, Districtibus, Bonibus, Jurisdictioni-
busq suis quibusvis proprijs et competentibus se eximendo praesenti
vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum
hunc attinet seum Successoribus ac bonis suis generaliter omni-
bus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere
publice ac per expressum recognovit. Qua ipsa Nobili Piscopio
Rudzinski olim Nobili Joannis Rudzinski se cum Recognoscente
procreato filio et ipsius Successoribus Summam sexcentorum flo-
renorum Polonicalium monetis et numeri in Regno currentis,
quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando
et Numerando, certi, veri, iusti, et liquidi debiti, mutuati q
apud ipsos per te Recognoscentem pecuniae tenetur atq debet. Quam
quidem Summam suprascriptam sexcentorum florenorum polonicalium
eadem suprascripta Recognoscens Nobilis Olechna Rudzinska se-
suosq Successores in et super bonis suis maternis gnathis [illegible]
hereditarijs et obligatorijs, mobilibus et immobilibus summisq
pecuniarijs quibusvis habitis et habendis, suprascripto Nobili Pis-
copio Rudzinski filio et Creditori suo, eiusq posteris, hinc et ab
actu praesenti pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli
in Anno Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo proxime
immediate venturo incidenti una cum provisione à quolibet cen-
tum quotannis per florenos sex polonicales computando et numeran-
do